# Stella splendens

Llibre Vermell




*1.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Concurrunt universi
gaudentes populi.
divites et egeni
grandes et parvuli.

C. Ipsum ingrediuntur
ut cernunt oculi
et inde revertuntur
gratiis repleti.

*2.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Principes et magnates
ex stirpe regia
saeculi potestates
obtenta venia.

C. peccaminum proclamant
tundentes pectora
poplite flexo clamant
hic: Ave Maria.

*3.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Praeliti et barones
comites incliti
religiosi omnes
atque presbyteri

C. milites mercatores
cives mariniari
burgenses piscatores
praemiantur ibi.

*4.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Rustici aratores
nec non notarii
advocati scultores
cuncti ligni fabri

C. sartores et sutores
nec non lanitici
artifices et omnes
gratulantur ibi.

*5.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Reginae comitissiae
illustres dominae
potentes et ancillae
juvenes parvulae

C. virgines et antiquae
pariter viduae
conscendunt et hunc montem
et religiosae

*6.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Coetus hi aggregantur
hic ut exhibeant
vota regratiantur
ut ipsa et reddant

C. aulam istam ditantes
hoc cuncti videant
jocalibus ornates
soluti redeant.

*7.A* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*

B. Cuncti ergo precantes
sexus utriusque
mentes nostras mudantes
oremus devote

C. virginem gloriosam
matrem clementie
in celis graciosam
senciamus vere.

*8.A.* *Stella splendens in monte*
*ut solis radium*
*miraculis serrato*
*exaudi popolum.*